

*Ad Ornatissimum Dominum
Respondentem.*

Rem miram? Natura sagax tua, IAN E, sagacem
Naturam Logices gaudet habere notam;
Plaudet habere notam totam Te carminis auctor
Phæbus, dum Logices incluta cæpta probat:
Perge; Tuæ Logices naturæ pandit Apollo
Naturam; Phæbum mutuus ardor agit;
Exin perlustras jocunda Heliconia tempe;
Quod cupis ipse lapis; sunt data rata Tibi;
Sic meritò Logices rimaris scita labore;
Cuncta tenet, Logices qui benè scita tenet.

Scrib. Samuel Eichlerus Gorl.
Phil. Stud.

ALIVD.
IOHANNES RASCPERVS.
ἢ ἀναρραμαλισμῶ.
elisâ aspirata.
VIRES NOSCE PARANS.

NOSCE tuas VIRE S, his nec majora capeffe;
Majus onus qui audet viribus, ille cadit.
Sit: legum nodos onus est, obscuraq; sensa
Nosse: sed hinc vincit, qui venit, amplius honos.
Suada, Themis, Clioq; tibi sua munera spondent
Vince onus, hoc surget gloria, fama, decus.
Ergò PARANS Logicis studijs te, his perge vacare,
His Sophia, hisq; Themis, juraq; sacra patent.

Invitâ Minerva hæc contubernali suo & fratri sin-
cero Ioanni Raspero Landsh. addebat
Ioannes Fetterus Streg. Sil.

ALIVD,